

IACOBI DE  
BELVISO, CLARISSIMI AC  
FAMOSISSIMI IURECOS.  
apparatus in usus & Con  
suetudines  
Feudorum.

Infinitis erroribus ac mendis, quibus sup  
tiores editiones scatebant, nunc purgatus.



COLONIÆ,  
Apud Maternum Cholinum.  
Anno 1563.

Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.



COLLECTUS L. LESSV. S. B. C. LIBR. REG. BIBL.

MATER NVS CHO-  
LINVS CANDIDO  
lectori S.



Acobus de Beluiso superioribus annis editus fuit, optime lector, tot erroribus & mendis, ut legentibus non magnam utilitatem adferre posset. Nam leges male citabantur, verbaque corrupta & sententiæ s̄epe truncatæ erant, atq; verba seu dorū cum interpretatione auctoris sic confundebantur, ut quò singula pertinenterent, quidue auctor dicere vellet, intelligere non posses. Cum itaque Iacobum de Beluiso typis meis diuulgaturus essem, putauim rem utilem virisque doctis pergratam facturum, si istū auctorem emendatiū exuderet, & in vulgus emitterem. Ad id ergo efficiendū vius sum opera honesti ac docti viri Iodoci Gerkingi Lemgonij amici mei, qui tum amicitia, tum legalis disci-

A 2 plinæ

# APPARATUS FAMILIARIS DOMINI.

JACOBI DE BELVISO,

vtriusque Iuris professoris,

super Consuetudines,

seu usus Feudo-

rum.



Iber iste quem annuente

Domino lecturi sumus, liber  
Usus seu Consuetudinum Feu-  
dorum nūcupatur: verūm quia  
propriam habet naturam, nec  
sequitur ordinem nec stilum li-  
brorum Iuris ciuilis, & quia bre

uis & compendiosa narratio solet auditorum ani-  
mos excitare. & ad retinendum faciliū informa-  
re, ideo utile fore putavi omittere præfationes cō-  
suetas hīc, nec utiles nec necessarias, secutus consi-  
lium Gaij, fidelissimi Legum interpretis. ff. de ori-  
gi. iuris. l. j. & modernorum breuitate gaudenti-  
um, qui etiā syllabam vnā non necessariam non  
apponunt. vt. ff. quod me. cau. l. j. & C. de preci. im-  
pe. offe. l. fi. & C. de appell. l. ampliorem. s. in refuta-  
torijs. Et huius libri materiam, rudem, specialem  
& propriam extraneam & separatam multimodè  
à iure communi per distinctiones volumus aperi-  
re, q̄ multū operantur, vt in proœmio Insti. s. igi-  
tur. & . ff. dedo . ex. l. j. Videamus igitur primò  
quid sit feudum seu beneficium, unde dicatur feu-  
dum seu beneficium, deinde qualiter distinguantur  
feudum, item qualiter feudum acquiratur, item  
qualiter